

Sermo primus.

Sapientia edificauit

Sapientia edificauit sibi domum. *Proverbi. 11.* Cupiens dei filius per susceptorem humane nature nobiscum habitare nullam domum inuenire potuit que tantum habitorem recipere digna fuit. et ideo oportuit ut de nobis uo talem domum crearet. et ideo dicitur. Sapientia edificauit sibi domum. *1. Cor. 3.* Sicut autem dicit beatus ambrosius in exameron. Bonus artifex primo fundamentum ponit. posito fundamento edificatiois membra distinguit. adiungit et ornatum. et ista tria diuina sapientia in huius domus edificatione seruauit. *1. Cor. 3.* Primum namque ipsam fundauit. *ps. 118.* Ipse fundauit eam altissimus. *Idem.* Fundamenta eius in montibus sanctis. id est in altitudine trinitatis scilicet patris cui attribuit potentia. filij cui attribuit sapientia. spiritus sancti cui attribuit bonitas et gratia. et ideo cadere non potuit neque per infirmitatem neque per impotentiam. nec per ignorantiam. nec per aliquam maliciam. Omnis namque casus in peccatum sit aliquo istorum trium modorum. et isti tres modi inter sanctos apostolos reperiuntur. Petrus namque cecidit per infirmitatem dum timore mortis christum negauit. et ratio est quod nondum fundatus erat super altitudinem diuine potentie. Paulus cecidit per ignorantiam. *1. Tim. 3.* Ignorans feci in incredulitate. et ratio est. quod nondum fundatus erat super altitudinem diuine sapientie. Iudas uero cecidit per maliciam excogitatum et affectatam. Unde *ps. 139.* Dilexit maledicentiam et inueniet eam. et ratio est. quod nondum fundatus erat super altitudinem diuine gratie. Nullo autem istorum modorum ista domus cedere potuit que dicitur *Ecc. 1.* In me omnis gratia uite et ueritatis. in me omnis spes uite et uirtutis. non enim domus homini cadere potuit per maliciam. quod fundata erat super altitudinem diuine gratie. ideo dicitur. In me omnis gratia uite. nec per ignorantiam. quod

fundata erat super altitudinem diuine sapientie. et propterea subiungit. et ueritatis. nec per infirmitatem humanam. quod fundata fuit super altitudinem diuine potentie. idem subdit. In me omnis spes uite et uirtutis. *Secundo* diuina sapientia edificium pulchrum erexit. Circa quod duo uidentur existere scilicet qui fuerunt artifices qui erexerunt hoc edificium. et quod fuit edificium quod erexerunt. Artifices enim isti fuerunt pater. filius et spiritus sanctus. Pater pulchrum fecit eius mentem. quod eam purgauit. filius eius uentrem. quod ipsum inhabitauit. spiritus sanctus et uentrem et eius mentem. quod utrumque sanctificauit. Unde scribitur *Can. 4.* Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. *1. Cor. 3.* Ipsa namque merito fuit pulchra. cuius filius dei sic uentrem illustrauit. Fuit etiam sine macula cuius mentem spiritus sanctus sic purgauit. Et fuit tota pulchra cuius uentrem et mentem pater sic sanctificauit. Istud namque edificium de triplici materia fuerat erectum. scilicet de argento. de auro. ac de lapidibus preciosis. *1. Cor. 3.* Si quis superedificat super fundamentum hoc aurum. argentum et lapides preciosos etc. Per argentum intelligitur eius corpus lucidum et uirgineum. *Sap. 1.* Quod pulchra est casta generatio cum claritate. Quamuis autem fuerat pulchra per uirginitatem. tamen reputabat se negram per magnam humilitatem. *Cantic. 1.* Nigra sum sed formosa filie iherusalem. etc. Sepe enim corpus lucidum. nigrum habet effectum. sicut dicit augustinus in libro de ciuitate dei. ubi ponit triplex exemplum. Nam licet ignis sit splendidus. tamen carborem nigrum facit. Sic etiam est de argento. Nam licet argentum sit fulgidum tamen lineas nigras facit. Oleum etiam licet sit fulgidum. tamen maculas nigras expurgat. Sic et gloriosa uirgo Maria licet habuit ignem diuinum id est animum amore dei inflammatum. licet habuerit etiam argentum fulgidum. id est corpus uirgineum.

De Nativitate

Et licet habuerat oleum lucidum. i. abundantiā meritoꝝ tamen de se semper in-
gra et humilia sentiebat. Fuit etiam istud
edificium factum de auro. per auꝝ namqꝫ
significat animus aureus. i. torus dei-
carus et in amorē ipsius puerus. Sicut
etenim homo amādo terrena efficit terra
sic amando deum efficit deus. Istud ostē-
dit **Guido** cartusienſis in li. suo dicēs
Si imago stercoꝝ ex auro fiat. melior ē
substantialiter q̃ imaginabiliter. Substan-
tialiter quideꝫ est auꝝ. sed imaginabiliter
est vile et sordidissimū lutū. Si autē ima-
go angeli fiat ex auro. melior est imagina-
biliter q̃ sit substantialiter. nam imagina-
biliter est substantia rationalis. substanti-
aliter vero est corpus inanimatum. Cuꝫ
igit̃ mens nostra rebo terrenis per amorē
afficit̃. melior est substantialiter q̃ imagi-
nabiliter. Substantialiter quidem ē spūs
rationalis. imaginabiliter autem talis est
qualia sunt illa quibꝫ intendit. Cum igit̃
p amorē dei afficit̃. melior est formaliter
q̃ substantialiter. Substantialiter quidē
est anima. formaliter vero si dicere licetūꝫ
sit est deus. Fuit quoqꝫ et istud edificium
factum de lapidibꝫ preciosis. i. virtutibꝫ
gloriosis. De eius siquidem virtutibus
dicit **Jeromimus** ad cromacium et helio-
doꝝ. q̃ beata virgo maria istam regulam
sibi statuerat vt a mane vsqꝫ ad vesperam
orationibꝫ insisteret. et a tertia vsqꝫ ad no-
nam operi vacaret. A nona vero ab orōne
non recedebat donec angelꝫ apparetis sibi
cibum ministraret. Ecce ergo quatuor la-
pides preciosi istius domus precise. pri-
mus est oratio deuota. secundus est ope-
ratio sollicita. tercius patienter reſectio ex-
pectata. quartus est conuersatio angelica
magis nanqꝫ puerſabat̃ cum angelis q̃
cum hominibꝫ. **Tercio** sapientia diuina
ipsam domum depinxit et ornauit. Et hoc
triplici colore. scz albo puritatis. nigro hu-
militatis et colore rubeo caritatis. Ecce g̃

Marię virginis

q̃ pulchra colorꝫ p̃mixtio. scilz albus. ni-
ger et rubeus. qz in virgine pulchra p̃mi-
ctio fuit. scz virginitas. humilitas et cari-
tas. Istum triplicem colorem se habuisse
virgo maria attestat̃ dicens. **Can. j.** Ni-
gra sum. ecce color humilitatis. sed formo-
sa. ecce color albus virginitatis. sicut pel-
lis salomōis. ecce color rubens caritatis
qz scdm glosam ibidem iste pelles ruba-
cate erant. p quas caritas designat̃.

Eodem die

Sermo. ij.

Sapientia edificabit domus et.
Prover. xxiij. Illa domus sa-
pienter est edificata que habet in
se tria. de quibꝫ dicit beatus **August.** in li.
de triu. Bona domus est paribꝫ mēbris
disposita. ampla et lucida. Virgo ergo be-
ata que est sapienter edificata vt in ea sa-
piētia diuina inhabitaret ista tria habuit.
Fuit enim primo paribꝫ membroꝝ dispo-
sita. de quoz membroꝝ dispositioe dicit̃
Can. ij. Ferculum sibi fecit salomon rex
de lignis libani. colūnas eius fecit argen-
teas. reclinatorium fecit aureū et ascēsum
purpureū media caritate cōstrauit. Fecit
igit̃ primo sibi in ipsa domo cenaculū. qz
fecit eam ferculum. **Potest** autem vocari
ferculum vas escarū. ipsa enim vas escarū
fuit que nobis cibum angeloz ministrat̃
uit **Prover. xxi.** Facta est quasi nauis
infantis de longe portans patrem suum
In ista namqꝫ naue erectum est velum d̃
quo dicit̃ **Ezech. xxiij.** Byssus et purpu-
ra varia de egypto terta est tibi in velum.
Istō velū significat xpm multipliciter pictū
colore. In ipso nāqꝫ fuit caro hūana aīa
et deitas. Ex carne etenim resultat color
albus ppter puritatem ex anima color ru-
beus ppter caritatem. et ex deitate resultat
color aureus ppter preciositatem **Can. i.**
v. Dilectus meus candidus ppter carnē
mundissimā. rubicundus ppter animam
feruentissimam. electus ex milibus ppter
diuinitatē preciosā. Et ista nauis nobis

apportauit panem sed de longe. **I**stud est de longe dicit distantiam locorum. quia scilicet de celo apportauit in mundum. Et etiam dicit distantiam naturarum. quia iste est panis ex natura diuina et humana. Etiam iste panis dicit distantiam meritorum. quia nulla merita precesserunt ut verbum caro fieret. **S**ecundo in ista domo fecit thalamum ut imbi requiesceret. **I**deo dicit reclinatorium aureum. In virgine namque tria reclinatoria fuerunt. scilicet spiritus. anima. et corpus. de quibus dicitur. **1. Thessa. v.** Integer spiritus noster et anima et corpus sine querela seruatur. In istis reclinatoriis christus requieuit. Nam requieuit in eius spiritu in quantum sedule premeditationi vacabat. In anima scilicet in quantum ratio eius a christo non cederet. In eius corpore in quantum eius sensualitas nunquam rationi preceperat. **T**ercio christus fecit in ista domo solarium inferius. medium et superius. Solarium autem inferius munuit columnis argenteis. id dicitur. Columnas eius fecit argenteas. Medium pauimentauit lapidibus preciosis. ideo dicitur. media caritate strauit. Sed solarium superius ornauit pannis purpureis et ideo dicitur. Ascensum fecit purpureum. Solarium namque inferius est ipsa sensualitas. que de ratione sua semper est perclua ad malum. Sed in virgine ad malum perclua esse non potuit. quia septem columnis argenteis id est septem donis spiritus sancti roborata fuit. **U**nde puerb. ix. Sapientia edificauit sibi domum. et edificauit columnas septem. Solarium medium est eius anima pauimentata lapidibus preciosis. id est virtutibus variis. scilicet tribus virtutibus theologis. **Ecd. xxiij.** Ego mater pulchre dilectionis quo ad caritatem. et agnitionis quo ad fidem. et sancte spei. quo ad spem. Etiam fuit anima virginis bene dicte pauimentata quatuor virtutibus politis. Ipsa enim vixit temperanter cum dixit. quoniam virum non cognosco. **P**ri-

uenter quando cogitabat qualis esset ista saluatio. **F**ortiter. quia licet fuerit turbata non tamen perturbata. **I**uste cum dixit. **E**cce ancilla domini. **H**umilitas enim est pars iusticie. Solarium superius est eius spiritus qui fuit ornatus quatuor panis purpureis. id est quatuor sagittis que ipsam totam purpuream fecerunt. scilicet sagitta timoris que omnia vicia resecabit. **ps.** Confige timore carnes meas. **Bernhardus.** **E**st sagitta quedam timor dei qui carnis desideria configit. **A**moris quo semper ad filium suspirabat. **Canticorum.** **G**ulnerata caritate ego sum. **Bernhardus.** **E**st sagitta electa amor christi qui animam marie non modo confixit. sed et pertransiuit. ut nullam in pectore virginali particulam vacuum amore relinqueret. **D**iuini sermonis. quia verba dei in corde medulliter deferebat. **Luce. ij.** **M**aria autem conseruabat omnia verba hec etc. **E**st sagitta sermo dei viuus et efficaciter etc. **E**t doloris quem in filii passione sustinebat. **Luce. ij.** **T**uam ipsius animam pertransibit gladius. **S**ecundo hec domus fuit ampla. **H**abuit enim vterque amplum ad deum accipiendum. **I**deo dicit templum quasi tenens amplum. **ps.** Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. **S**icut enim totum manna erat in vna. et tota vna erat in archa. et tota archa claudebat in templo. et diuinitas tanquam manna tota erat in vna. id est in christi anima. et anima tota erat in archa id est in carne christi edificata. et hec omnia claudebant in templo. id est in virginis utero. **S**ecundo habuit amplum intellectum ad cognoscendum. **E**ius enim intellectus non indigebat radio solis. quia intra se habebat ipsum solem. **Ecclesiastici. xlvj.** **S**icut sol oriens in mundo etc. **N**ec radio lucerne. quia intra se habebat lucernam diuinam. id est diuinam sapientiam que de ea assumptam perferat testam. id est carnem humanam. **U**nde etiam dicitur ibidem. **L**ucerna splendet. **D. j.**

dens sup candelabz sanctū .x. Nec scin-
tilla ignis. qz habebat ipsum ignem diui-
num intra se. fuit nanqz rubus dei inflam-
matus ab igne diuino. de quo habetur in

Ero. iij. Tercio habuit amplum affectuz
ad compatiendum qz omnes in sinu sue
pietatis recipit. habet nāqz quadruplicē
finem scilicet gratie misericordie dulcedi-
nis melliflue et glorie. de quibus ecclesia
cantat *Maria mater gratie mater miseri-
cordie .x.* Siquidē intra finem gratie re-
cepit iustos. intra finem misericordie re-
cepit peccatores. ideo dicit *Maria mater
gratie mater miseri. .x.* Intra finem sue
dulcedinis recepit tribulatos et tēptatos
ab eis hostem expellendo. ideo subiungit
Tu nos ab hoste ptege. Intra finem sue
glorie recepit defunctos. ideo pcludit. in
hora mortis suscipe. **Quarto** habuit am-
plum membz ad subueniendū. habet enī
subueniendi potestatem sapientiam et vo-
luntatem **Prover. xxi.** Rex aurius deside-
rabilis et oleus in habitaculo iusti. **Potest**
enī subuenire qz habet thesaurū. **Vult** qz
habet pietatis oleum. scit qz fuit iusti ha-
bitaculum. i. christi qui est dei sapientia.

Tercio hxc domus fuit lucida. nam sicut
dicit **Can. vi.** In ea fulsit lux aurore qm
spū sanctus eam sanctificauit. qz tūc te-
nebram originalis peccati ab ea abstulit.
ij. Reg. xxiij. Lux aurore oriente sole ma-
ne absqz nubibz rutilat. Aurora autē spū
crescit donec diem pfectum facit. sic vgo
benedicta post suam sanctificatōē in vte-
ro semp creuit in mundo **Prover. iij. ca.**
Semita iustoz quasi lux splendens pce-
dit et crescit vsqz ad pfectum diem. Ipsa
nanqz fuit lux splendens in sanctificatōe.
pcessit in spū sancti superuentōe. creuit
in filij pceptione. et facta est perfecta dies
in sua assumptōe. Etiam in ea fulsit lux
lune. i. sapientie diuine incarnate. **Eccle.
xliij.** Luna ostensio temporis et signum
diei. Luna nāqz est signum diei festi. per

qđ dat intelligi qđ diuina sapientia incar-
nata tunc ostendit suam temporalitatem
suam eternitatem et suam festiuam iocun-
ditatem. fulsit etiā in ea lux solis. **Augu-
stinus** de sole sic dicit. **Videmus** solē ful-
gentem calentem currentē. Sol igit spū
ritualis christus in hac domo refulsit. qz
fecit eam fulgere p plenissimā cognitōē
calere p feruentissimam dilectōem. et ad
nos currere p velocissimam subuentōē.

Eodem die Sermo. iij.

Orietur stella ex iacob et surget
virga de israhel et perciet duces
moab **Nūeri. xxiij.** Quia nulla
creatura inueniri pōt in qua sunt omnes
pprietates que designent marie virtutes
ideo scriptura sacra diuersas res adducit
quibz eam assimilat vt aliquas virtutes
inde eliciat. ideo in verbis premisis assi-
milat stelle et virge. In quibz verbis a tri-
bus pmendat. **Primo** a suo ortu. cū dī.
Oriet stella .x. Scdm nāqz philosophū
in stellis non incidit corruptio nec casus
nec error. **Dicit** igit stella qz nullam cor-
ruptōem habuit nec in natiuitate nec in
vita nec in morte. In natiuitate nō habu-
it corruptōem peccati originalis et istud
ostenditur exemplo auctoritate et ratione
Exemplo siquidē in iheremia et in iohāne
hoc asserit. quoz vnus fuit ppxta crisi.
alter eius psecutor. Multo fortius hoc d
ista credit que fuit christi mater. **Auctori-
tate.** **Psal.** Sanctificauit tabernaculum
suum altissimus. **Bern.** Neqz emz festis
laudibz nascens honoraret nisi sancta na-
sceret. **Aulus** enim gemmam nobilissi-
mam in vase immundo collocaret. sic nec
deus pater filium suū in vtero virginis
posuisset nisi mūda fuisset. **Sanctus** emz
es et in sanctis habitas. **Non** etiā habuit
corruptionē alicuius actualis peccati qz
fuit totaliter virtutibz premium. **Can.
iij. ca.** Ortus cōclusus es soror mea .x.
fuit enim ortus cōclusus. quia seipsam

De Natiuitate

Marie Virginis

clauferat sensus suos custodiendo. **F**uit ortus pclusus quando angelus eam clauferat in tota vita sua eam pseruando. **F**uit fons signatus. qz deus ipsam signauerat eam desponsando. et ideo deus solus clauem portabat cuius thesaurus intrus latebat. Non etiam habuit alicuius putrefactionis corruptionem in morte. quia corpus eius fuerat dei potentia firmiter compaginatum. dei sapientia prudenter pretemperatum. et igne spūs sancti firmissime solidatum. et diuinitate filij dei in balsamatum. **S**ecundo dicitur stella qz in ea nullus fuit casus. Apostoli in passione christi ceciderunt a fide christi. et a gratia spiritus sancti et a societate christi. sed maria non poterat cadere a fide christi. quia ipsa expecta erat omnia que de christo erant. et etiam a sancto spūs docta. nec a gratia qz in utero matris fuit pfirmata. nec a societate christi qz christo semper fuit p iuncta. **J**ohann. xii. Stabat iuxta crucem ihesu mater eius. **T**ercio dicitur stella. qz nullus in ipsa fuit error. Stelle enim in suo motu errare non possunt que mouentur motu sibi a deo co-creato. Mouentur autem motu firmamenti cunctissime. motu suo vero lentissime. Sic ipsa non mouebat motu ppter voluntatis sed motu diuine dispensationis. **N**ota namqz est a spūs sancto vt christi pceptioni pscntiret. et pntius acquieuit vt in egiptu fugeret pntius obediuit vt inde rediret statim obtemperauit. **N**os autem ad preceptum nostri superioris moueri nolumus sed nostras voluntates facere affectamus. et ideo sidera errantia sumus. **J**ude. i. **N**ū sunt sidera errantia. **S**ecundo p menda tur a vite pcessu cum dicitur. **E**t cōsurget virga de israhel. **D**icit enim virga quantum ad eius ortum. filij dei pceptum et vite sue pgressum. **D**e eius ortu dicitur **Isai. ix.** Egredietur virga de radice iesse. ad e exhibet et recedet a natura radicis. **R**adix enim ad yma. virga tendit ad alta. **R**adix in ter-

ra figitur. virga in aere eleuat. **R**adix terre humore. virga celi rore. solisqz calore gaudet et crescit. **S**ic indei perebant yma vicioz. **I**lla autem alta virtutum. **I**lli erant fixi in terra per cupiditatem terrenorum. hec in aere per audiratem celestium. **I**lli nutriebantur amore carnali. hec amore spirituali. **I**lli confringebantur frigore infidelitatis. hec autem fouebatur amore caritatis. **S**ecundo dicitur virga quantum ad filij pceptum. de qua dicitur **Numeri. xvij.** Inuenit germinasse virgam aaron. et c. **I**ta autem virga genuit florem. et amigdalum. id est christum qui dicitur primo flos ppter suauitatem odoris et pulchritudinem puerilationis. **D**icitur etiam crisus amigdalum. quia in ipso fuit exterius cortex fragilis. id est caro passibilis. intus nucleus id est diuinitas temperata et dulcis. in medio testa id est anima virtuosa. **T**ercio dicitur virga quantum ad vite pgressum. **A**mbrosius. **V**irga erat maria virga mitida et subtilis. et virga que christum velut florem in integritate sui corporis genuit. **I**psa namqz tantum profecit qz venit ad summam puritatem. ideo dicitur mitida. et inde peruenit ad summam humilitatem. ideo dicitur et subtilis. **I**nde peruenit ad castitatem. ideo dicitur virgo. et inde peruenit ad fecunditatem mater nam. ideo subditur. que christum velut florem in integritate sui corporis genuit. **T**ercio beata virgo commendatur a vigilante et effectu cum dicitur. **E**t percutiet duces moab. dyabolus namqz est maliciosus immundus. superbus et astutus. **I**psa enim percussit maliciosum per caritatem suam. **U**nde dicit **Judith** nono capitulo. **P**ercussit eum labijs caritatis mee. **D**etecit immundum per virginitatem. **P**ro uerbiorum ultimo. **A**ccinxit fortitudine lumbos suos **S**uperbum confudit per humilitatem. **J**udith decimoquarto capitulo. **U**na mulier hebreæ fecit confusionem in **D. ij.**

De Natiuitate

domo nabuchodonosor. Sicut et magna
psusio esset vni giganti a femina vinci. sic
fuit magna psusio diabolo a puella vir-
gine superari. **Job. xl.** Ligabis eum ancillis
tuis. **Ista** fuit vna de precipuis ancillis
dei. que ait. ecce ancilla domini. que dia-
bolum ligat. quia per suam humilitatem
supbiam illius refrenat. **Astutum** autem
deceperit per suam sapientiam. **Judicium. iij.**
In manu femine tradet sycara. Virgo et
beata maria est valde sapiens. **Prover.**
xiij. ca. Mulier sapiens edificat domum
suam. **Diabolus** est valde astutus. **ij. ad**
Cor. xi. Timeo autem ne sicut serpens de-
cepit euam astutia sua. **Tunc** enim sy-
cara in manu femine tradit quando astu-
tia demonis per sapientiam virginis ebe-
tatur.

De eadem

Sermo. iij.

Ego mater pulchre dilectionis et
timoris et agnitionis et sancte spei
Eccle. xxiij. Alitudinem et sub-
limitatem matris dei angelici spiritus ad-
mirantes quesierunt. **Que** est ista que per
greditur quasi auroza consurgens. **Et** que
est ista que ascendit per desertum sicut etc.
Quibus ipsa respondens ait. Ego mater
pulchre dilectionis. **Que** verba tripli-
citer intelligi possunt. vel de ipsa respectu
sui. vel de ipsa respectu filij. vel de ipsa res-
pectu nostri. **Primo** modo sic mater etc.
id est ego. **Ego** sum mater que habeo in me
pulchram dilectionem pulchrum timorem
et pulchram agnitionem et spem pulchram.
Ubi sunt duo videnda scilicet qualiter dicat
mater et qualiter habuit pulchram dilec-
tionem et timorem. **Est** namque mater car-
nalis legalis et spiritualis. **Ipsa** namque mater
carnalis christi quem genuit de veritate
sue substantie. mater spiritualis peccatorum
quia eos baptizat per spiritum sanctum in
fonte misericordie. mater legalis iustorum
quos adoptat in filios gratie. **Unde** can-

Marie Virginis

tat ecclesia. **Vemento** salutis auctor etc.
Ecce quia est mater christi carnalis. ma-
ter gratie. **Ecce** quia mater legalis mater
misericordie. ecce quia est mater spiritualis.
Et secundum hoc habuit tres filios scilicet christum
qui fuit eius filius naturalis quem de sua
substantia genuit. **Iohannes** euangelista
qui fuit eius filius legalis quem ex rescrip-
to principis. id est christi in filium adoptauit.
Iohannem baptistam quem per spiritum
in matris utero baptizauit. quando enim
salutauit elizabeth infans in utero exulta-
uit et spiritu sancto fuit repletus. **Habuit**
autem ista mater pulchram dilectionem
que est dilectio ordinata. **Canticorum. j. ca.**
Ordinavit in me caritatem. **Habuit** enim
ordinatam caritatem ad id quod est supra
se. scilicet deum ei perfecte obediendo. ad id quod
est infra se. scilicet ad corpus proprium ipsum
rationi subiungendo. ad id quod intra se. scilicet
animam ipsam custodiendo. ad id quod est
iuxta se. scilicet primum ei subueniendo. **Ha-**
buit etiam pulchrum timorem. **Timor** autem
necessarius est habenti gratiam ne indi-
gnus existat. et amittenti ut ipsam recu-
perare valeat et recuperanti ut ipsam custo-
diat. **Berni. sup. Canticorum.** Cum adest gratia
time ne indigne operis. et amplius time
subtrahat gratia quia reliquit te custodia
tua. si redierit tunc magis est timendum ne
scilicet pringat te reciduum pati. **Quantum** ad
ista virgo beata timore non indigebat. quia
in gratia confirmata erat. habebat tamen
timorem sanctum quem habet beati. **De**
quo Psal. Timor domini sanctus perma-
net etc. **Habuit** etiam agnitionem. id est de
deo veram fidem. habuit namque fidem per
fectam in filij incarnatione. **Luce. j. capi.**
Beata que credidisti etc. **Fidem** viuam in
assidua operatione. **Proverbiorum. vlti.** Pa-
nem ociosa non comedit. **Fidem** firmam
in filij passione quia alijs a fide cadentibus
ipsa firma permansit in fide. **Huit** etiam sanctam
spem. siue quia filium resurrecturum expectauit.

De Natiuitate

Marie Virginis

sine qz semper de dei bonitate non et suis
meritis sperabat. siue qz futuram beatitu-
dinem certitudinaliter expectabat. **Secundo**
possunt predicta verba exponi d ipsa respec-
tu filij vt sit sensus. Ego sum mater illi-
us qui ppter suam pulchritudinem est di-
ligendus. timendus et. vbi duo sunt vi-
denda. Primum est quare xps dicat pulcer
Secundo quare sit diligendus et timendus?
Circa primum notandum est qd fm philo-
sophu quatuor sunt cause pulchritudis.
scz numerus. magnitudo. color. et lux. In
christo enim fuit numerus oim virtutum
et gratiar. **Johan. i.** Vidimus gloria et.
plenum gra et veritatis. Fuit plenus glo-
ria vt excelleret oem miseria. plenus gra-
tia vt tolleretur omni culpa. plenus sapien-
tia per qua ignorantiis expurgauerat. Se-
cundo fuit in eo magnitudo. **ps.** Magnus
dnus et laudabilis nimis. **Isid.** Inest ei la-
tudo caritatis qua nos ab errore colli-
git et in veritate collocat. Longitudo qua
nos longammiter portat. Altitudo p qua
oem sensum sue scie immensitate superat
Profundū. qz damnatos inferus iuxta
equitate disponens preordinat. Tercio ē
in eo lux. **Johan. i.** Erat lux vera et. **ps.**
Qm apud te est fons vite et in luce tuovi-
debimus lumen. Pater quidem tanqz ig-
nis nos inflamat ad caritatem. filius tan-
qz lux nos illuminat de veritate. spū sanctus
tanqz fons nos inebriat ad suauitatem
Quarto fuit in eo color triplex. scilicet al-
bus. rubens et aureus. **Can. v.** Dilectus
meus candidus qzrum ad carnē mundā.
rubicundus qzrum ad aīam inflammata.
electus ex milibz qzrum ad diuinitatē au-
reā et preciosam. **Secundo** videndū est qua-
liter xps ppter suam pulchritudinē est di-
ligendus et timendus. Nam in qzrum fuit
pulchritudo ex numerositate oim gratiar ē val-
de diligendus. **Sap. viij.** Si iusticiam
quis diligit. labores huius magnas hnt
virtutes In qzrum fuit pulchritudo ex magni-

tudine omnipotentie est valde timendus. **Ite-
re. x.** Quis non timebit te o rex gentium.
In quantum fuit pulchritudo ex luce diuinita-
tis in eum est fideliter credendū. **Johan.
i.** Dum lucem habetis credite in lucem
In qzrum autē fuit pulchritudo colore bonita-
tis est in eo valde sperandū. **Psalm. i.** Bo-
nus dnus et pfortans in die tribulationis et
sciens sperantes in se. Tercio ppter predi-
cta verba exponi de ipsa respectu nostri. vt
sit sensus Ego sum mater pulchre dilecti-
onis. i. ego sum turris et impatiens dilectio-
nis diuine que est pulchra dilectio. et timo-
ris diuini qui est timor pulchritudis. Est au-
tem quadruplex dilectio fm aug. scz car-
nalis que est inter vir et uxorem. Natura-
lis que est inter matrem et filium. Socia-
lis que est inter amicū et amicum. Et spū-
alis que est inter animā et deum. et ista est
dilectio pulchra. qz facit animā pulchrā.
cui? beata virgo est mater qz ipsam nobis
elargitur et donat. **Secundo** dat nobis
pulchritudinem timorem. scz illum de quo **ps.** Ti-
mor domini sanctus et. Istum autē timo-
rem aug. vocat casum. filialem. et amica-
bilem. Christus enim est sponsus. pater et
amicus. Debemus ergo eū timere timo-
re casto. qz sponsus est. Timore filiali. qz
pater est. Timore amicali qz amicus ē
Tercio dat nobis pulchritudinem agnitionē.
qz veram de deo cognitionem nobis infun-
dit. vel qz oculo misericordie nos cogno-
scit. Sicut enim in curia pape quedā li-
tere pceduntur pure iusticie. quedam pu-
te gratie. quedam mirre. sic in curia dei.
Michael enim dat litteras iusticie. vnde
fm representationem ecclesie habet aīas
ponderare. Petrus dat litteras mixtas.
scz iusticie et gratie. nam illis qui saluantur
ex operibz iusticie aperit portam iusticie. il-
lis autē qui ex sola dei misericordia saluā-
tur aperit portam gratie. Virgo autē bene-
dicta Maria semper dat litteras gratie et
misericordie. **Bernardus** enim super hoc
D. ij.

De Natiuitate

Marie Virginis

sic ait. Quid enim de fonte pietatis pcederem nisi pietas. quid mirum si pietatem exhibent viscera pietatis. nōne qui pomi in manu sua tenuerit dimidia die reliqua diei parte pomi seruabit odorem. Quātū ergo viscera illa virtus pietatis affecit in quibz nouem mēfibus diuina pietas requieuit. Quarto ipsa est spes nostra qz p ipsam saluari speramus. Ipsa nāqz nos adiuuare potest sciri et vult. **Bernar.** Non deest ei potestas qz est mater dei. nec voluntas qz mater misericordie. nec ei deest industria qz mater est sapientie

Eodem die

Sermo. v.

Beatus venter qui te portauit et Luce. xi. Venter beate marie est beatus. qz fuit thalamus christi habitaculū spūs sancti. apotheca carissimarum et fons omnium gratiarum. **F**uit igitur primo thalamus christi. Et qz thalamus regalem decet esse mundum. vterus eius fuit mundus. quia seruauit mundiciam virginalem. habuit siquidem virginitatem integram dedicatam transfusam et exemplarem. Integram qz corpore et anima et spiritu integra fuit. **i. Thessal. v.** Integer spūs vester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri ihesu christi seruetur. Habuit quidem integritatem in corpore. quia ipsum semper illibatum seruauit. In anima qz oēm morū et sensum prauū penitus resecauit. In spū qz nunqz paliquod peccatum a deo diuisa fuit. **Canonicus.** Tota pulchra es et c. pulchra quidem fuit in corpore sine macula in anima. tota pulchra in spiritu. **S**ecundo habuit virginitatem dedicatam quia prima virginitatem vouit et post ipsam multe. Prius quidem virginitatem seruare nō erat magni honoris sed postmodum tām honoris factus est qz ipsam deus honorauit. qm scz nō de pingata sed d virgine nasci voluit. Angelus quando a iohanne euangelista virgini adorari recusauit et totus mundus

quia modo virgines beate dicunt. **Luce. xxiij. ca.** Beate steriles et ventres que nō genuerunt. Sic in virgine maria virginitatem honorauit deus qui sibi subditus esse voluit. **Luce. ij.** Erat subditus illis. Angelus quando eam reuerenter salutauit. Et totus mundus. Unde ipsa dicit. Ecce enim ex hoc et c. **T**ercio habuit virginitatem transfusam. qz licet pulchra fuerit. a nullo tamē potuit concupisci. quia eius puritas corda intruentium penetrabat et motus illicitos extinguebat. vnde assimilatur mirre et cedro. qz sicut odor mirre fugat vermes et odor cedri serpentes. sic et puritas eius de aliorum cordibus fugabat motus brutales. **Q**uarto habuit virginitatem exemplarem. ideo significat per amigdalum que sicut inter ceteras arbores primo flores producit. sic et ipsa prima vortum virginitatis emisit que alijs in exemplum fuit. **Psal.** Adducens regi virgines post eam et c. De isto amigdalo dicit **Eccle. vi.** Florebit amigdalum impinguabit locusta dissipabit capparis Tunc enim amigdalus floruit quando ipsa vortum virginitatis emisit. tunc locusta. i. gentilitas instabilis et inquieta gratia spūs sancti impinguata fuit et capparis id est populus iudeorum in dissipatōe iuit. Capparis enim est frutex spinosus super terram expansus. et significat populū iudaicum durū et rebellem et semper terrenis adherentem. **S**ecundo venter eius fuit beatus qui fuit habitaculum spiritus sancti. Spūs ei sanctus in ipsam venit ad sanctificandum **Psal.** Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. venit ad impregnandum. **Matth. j.** Quod enim in ea natū est de spiritu sancto est. Ad cumulandum **Luce. j.** Spūs sanctus superueniet in te et c. **T**ercio venter eius est beatus qz fuit apotheca carissimarum in qua deus medicinas reposuit contra morbos omnium viciozum. **M**edicina em̄ ptra cupiditatem carnis

De Exaltatione

est phideratio sue sincerissime puritatis de qua dicitur **Canti. vii.** Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. In eius enim vtero fuit tritici de quo dicit **Johannis. x.** Nisi granum frumenti etc. Et fuit instar acervi qui in ymo est latus et in summo angustus. quia christus quantum ad humanam naturam nobis fuit manifestus. Quantum vero ad divinam naturam fuit valde occultus. Et fuit vallatus. id est circumdatus lilijs puritatis. scilicet intus et extra. sursum et deorsum a dextris et a sinistris. ante et retro. Et dicitur lilijs in plurali. quia habuitundas cogitationes. affectiones. intentiones. locutiones et orationes. Vel fuit lilijs vallatus. id est puritate munita. ita quod hostis nunquam per impuritatem ad eius cor intrare potuit. Medicina autem contra avariciam est phideratio sue paupertatis. nam ipsa fuit pauper ante partum. quia fuit nupta pauperi sponso. vasa pauperi iumento et hospitata in pauperis domo. Fuit pauper in partu. quia pro thalamo habuit stabulum. pro lecto habuit presepe et fenam. pro domicillis habuit bovem et asinum. Fuit etiam pauper post partum. quia obtulit oblationem pauperum. nutrebat filium per acum et colu. et nullum cum filio habuit domicilium. Medicina vero contra superbiam est phideratio sue humilitatis. Est autem humilitas coacta. spontanea et honorata. Humilitas coacta et si de se non sit meritoria. habet tamen intra se causam unde generet mercedem quam necessitas puerit in virtute. **Psalm.** Humiliauerunt in pedibus pedes eius. Humilitas vero spontanea et si de se sit meritoria habet tamen causam unde generetur. **Michae. vi.** Humiliatio tua in medio tui. Sed humilitas honorata nullam habet coactionem. nec humiliandi occasionem. sed quanto magis talis a deo ex tollitur tanto magis ad humiliora propius cadit. Talis fuit humilitas marie. que quidem honorata ab angelo qui eam reuerenter salutavit. a patre qui eam elegit. a spiritu sancto

Sancte Crucis

quo qui eam sanctificavit. a filio qui eam impregnauit. a toto mundo qui eam beatam dixit. tamen se humilians dicit. Resperit humilitatem ancille sue etc. **Quarto** eius venter est beatus. quia est fons omnium gratiarum. **Cantic. iij.** Fons ortorum puteus aquarum viventium que fluunt impetu de libano. Habuit virgo ortum. campum et viridarium. Ortus sunt electi qui sensus suos clauserunt. in quo sunt flores et herbe redolentes. id est gratie et virtutes. Campus autem sunt peccatores qui nullam habent in sensibus suis clausuram et in quibus sunt multe arbores steriles et infructuose. Viridarium vero sunt beati. in quibus virgo benedicta spaciatur et delectatur. Habet igitur iste fons triplicem rivum. Unum qui habet virtutes fecundandi. istum mittit in ortum electorum fecundans eos per opera virtutum. ideo dicitur. **Fons ortorum. Isa. l. v.** Quod descendit in herbe de celis etc. Secundo habet rivum qui habet virtutem vivificandi et istum mittit in campum peccatorum qui cum sint mortui et steriles ipsos vivificat et fecundat. ideo subditur. puteus aquarum viventium. **Ezech. xlvij.** Omnia ad que venerit torrens vivent. Tercio habet rivum qui habet virtutem lenificandi. et istum mittit in viridarium beatorum quos adeo inebriat quod spiritus eos lenificat. per flumina imperius lenificat civitatem dei. ideo subditur. que fluunt impetu de libano. Libanus est mons altus et interpretatur candidatio. et significat illum qui est altus per divinitatem. et candidus per humilitatem. Ab isto libano facit effluere in beatos aquas gratiarum et hoc cum impetu. id est cum magna plenitudine et cum magno sono leticie et cuius iugi et continua emanatione.

De exaltatione sancte crucis.

Sermo primus.

Ego dominus humiliavi lignum sublime. et exaltaui lignum humile. **Ezech. xlvij.**

2. iij.